



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

Ca. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

perfectam tradidisse, aut rudibus elementa non tradidisse, ut omnino prober atque demonstret, Ioannem in tota prædicationis suæ forma rudibus tantum elementa tradidisse; rudem & impolitum populum aptasse atque formasse ad Christum recipiendum, eiisque perfectiorem doctrinam capessendam. Sic sententiam orthodoxam adeò nō probauit Caluinus friuolum esse cauillum, ut suo friuolo arguento eandem sententiam pulchre confirmauerit. Hic est ille tantus magister, in cuius verba tot hodie populi & prouinciae iurare debeant. Sanè Beza propter verbi Græci præprietatem vertit hoc loco: *Vt paret Domino populum instructum.* Caluinus ut commodius falleret, antiquam versionem retinuit.

## IN LVCAE CAP. IIII.

16. *Intravit secundum consuetudinem suam die Sabati in Synagogam, & surrexit legere.*

**A**RIPIT h̄ic occasionem Caluinus (ut nullam prætermittere solet) Catholicam rōto orbe Ecclesiam taxandi. Quum enim ex hoc loco appareat in singulis Sabbatis, quibus dies Dominica successit, Scripturas legi in Synagogis & exponi solitas fuisse, hanc annotationem apponit Caluinus, non ut diuinam Scripturam (quod profitetur) exponat, sed ut suo stomacho malevolentię pleno indulget. *Iam si temporum fiat comparatio, facile vel ex Prædicā presenti loco constabit, fœdiores hodie & magis deformes esse tio verbis Papalis hierarchia corruptelas, quam apud Iudeos sub Anna & rario su Caipha fuerunt. Nam Scriptura lectio qua tunc vigebat, non taxata modo sub Papa obsoleuit, sed ferro & igni à templis arcetur: nisi quod lingua incognita, quod visum est, in ludibrium cantillant.* Hæc ille. Primum peregregie mentitur dum amplificatione rhetorica vsus, Scripturarum lectionem ex Ecclesiis Catholicis ferro & igni arceri declamitat. Tametsi enim in templis Catholicorum ante hoc schisma exortum, dormientibus Pastoribus, rario alicubi fuerit verbi prædicatio, illam tamen interdictam aliquando fuisse ne fieret, nullus hereticus docere potest, multò minus cām ferro & igni prohibitā & abatam fuisse. Deinde rario illa prædicatio verbi in diebus Dominicis, non omnium templorum fuit, nec in omnibus prouinciis, sed quotundam, & in quibusdam: quæ sanè nunc

omnes huius negligentiae pœnam satis acerbam luerunt: graſſantibus & præualentibus hac maximè de cauſa tot hodie ſe-  
 ctis & hærcibus; quæ legitimiſ eieſtis Pastoribus, lupi ra-  
 pacibus omnia impleueront. Deinde quid tandem, obſecto,  
 in hanc Pastorum negligētiā ſuccēſſit? Primum diuini ver-  
 bi ab hominibus indoctis, audaciſus, ſpurciſ ac libidinoſis,  
 nulla vel autoritatē, vel pietate, vel ſolida eruditione præ-  
 ditis, foeda depravatio, & venenata tractatio. Satiuſ autem  
 eſſet nullo pane vefci quām venenato; maximè iam aliquo  
 modo saturis, & bene paltis: quum hoc præſens exitium ad-  
 ferat, illo tantisper carere natura poſſit. Quum iam alta Ec-  
 clesiæ pax eſſet, omniūque Christianorum vox vna, & la-  
 bium vnum, vna mens, vnum cor credentium omnium, fides  
 ſimplex ab Apoſtolo laudata, tam accutatæ & frequētēs ver-  
 bi Dei explicationes adeò neceſſariæ non erant; quum ſuo  
 quaſi ſucco accepit a maioriſbus fr̄ ei, cui indubitanter ad-  
 hærebant, fideles vicitarent; & ipsa totius vita: ſimplicita  
 atque integritas adhortationibus ac ſtimulis adeò frequenti-  
 bus minus indigeret. Demuſ tamen, quod omnino negati-  
 non debet, magnam fuſſe Pastorum negligentiam: quid rūc-  
 noui iſti magiſtri attuleront? Singulis (inquiunt) Dominis  
 diebus Scriptura legitur non lingua incognita (huc enim Cal-  
 uinum offendit, quum illa lectio non ad populi doctrinam  
 ſed ad invocationem, quam totius populi nomine Paitorfa-  
 cit, pertineat) ſed vulgari & quam omnes intelligant. Verba  
 quidem omnes forteſſe intelligunt: ſenſum autem quoque  
 quiſque tandem ex rudi populo intelligeret? Imo aburdiflui-  
 mos ſenſus ſibi plerique conſingunt, eosque contra ſuos Mi-  
 niſtrós audacter tueatur. Atqui accedit explicatio & verbi  
 prædicatio. Illa ſanè initio feruebat, tametsi (vt dixi) venenata  
 & impia. At nunc ille feruor in noſtra Anglia & aliibi (ut  
 audio) vehementer defertur, eiuſque loco homilia quædam  
 ex codice leguntur. Denique ſi tot ſeculis hic nouus ſeu Cal-  
 uinismus ſeu Lutheranismus templa occuparet, quoq; à Ca-  
 tholicis occupata fuerunt (quod nunquam futurum aperte  
 in Scripturis promiſſiones certum nobis faciunt); quiſ dobi-  
 tar in altissimum ſomnum præſentem concionandi ac do-  
 cendi feruorem nō ſecus defitum? Non eſt ergo quod Cal-  
 uinus de ſuis ram feruidis iniſiis gloriatur, aut aliquem in  
 opere tam longo ſomnum, tot, inquant ſeculorum, Eccleſia  
 Dei obrepuiſſe declamitet.

IN